

celebrent, excommunicatione plectendi, qui hymnum recitare fuerint ausi.

L. V. Leo IX. [c. an. 1050. Romae.] In novo Testamento, qui hymni ab Angelis decantati inveniuntur.

HI duo solummodo hymni ab Angelis in novo Testamento inveniuntur decantati, Alleluia... Gloria in excelsis Deo. Quos pariter in Septuagesima intermittimus: quia peccato hominis veteris a conventu Angelice jubilationis expulsi in hujus miseræ vite Babylonem...

LVI. Item NICOLAUS Papa Rodolpho Archiepiscopo Bituricensi. [c. an. 864. Romae in Galliam.] In cana Domini, Gloria in excelsis, decantetur.

Nullos Episcopos, Presbyteros, aut Diaconos ad solennia Missarum celebranda prafumat cum baculo introire, aut velato capite altario Dei assistere: quoniam & Apostolus prohibet viros velato capite orare in Ecclesia...

LXVIII. Item DECRETIS Soteris Papa. [Imò ex Concilio Toletano XI. c. 14. an. 675. in Hispania.] P A L E A.

UT illud Divini oraculi singuli præcauant, quo scribitur: ut sibi, quia cum ecclesiis, non habet subiectam; summopere verendum nobis est, atque cavendum, ne horis illis, atque temporibus, quibus Deo psallitur, vel sacrificatur...

LIX. Item ANACLETUS Jesu Christi servus omnibus Episcopis, Epist. I. [c. an. 102. Romae.]

Quot testes Episcopus sacrificans secum habere debeat. Episcopus Deo sacrificans testes secum habeat, & plures, quam alius Sacerdos: sicut enim majoris honoris gradu fruitur...

LX. Item LUCIUS Papa Episcopis Gallia & Hispania, c. 1. [an. 253. Romae in Galliam, &c.]

Episcopi sine religiosis testibus, Domini sacramenta non consecrati.

Ubiemus Apofolica auctoritate, ut semper testes vocati Sacerdos, & Levitas habeatis. Et licet consensientia propria sufficere possit; tamen propter malevolos, iuxta Apofolum...

LXI. Item SOTER Papa. [fortè c. an. 175. o. al. Anacleto Romae.]

Nisi duobus presentibus, Presbyter Missam celebrare non præsumat.

Hoc quoque statutum est, ut nullus Presbyterorum Missarum solennia celebrare præsumat, nisi duobus presentibus, fibique respondentibus ipse tertius habeatur...

LXII. Item EX CANONE X. Apofolorum. [c. an. 281. in Syria.] Communione priventur, qui usque ad finem Missarum solennia non audierint.

Omnis fideles, qui conveniunt in solennitatibus facris ad Ecclesiam, & scripturas Apofolorum, & Evangelium audiant. Qui autem non perseverant in oratione, usque dum Missa peragatur...

LXIII. Item EX CONCILIO CARTHAGINENSI IV. c. 24. [an. 398. in Africa.] De eodem. Sacerdote verbum in Ecclesia faciente, qui egressus de auditorio fuerit; excommunicatur.

LXIV. Item EX CONCILIO AGATHENSI, c. 47. [an. 506. in Gallia.]

Die Dominico Missæ ex integro Seculares audire debent. Missas die Dominico secularibus totas audire teneant specialis ordine præcipimus: ita, ut ante benedictionem Sacerdotis egressi populus non præsumat. Quod si fecerint, ab Episcopo publicè confundantur.

LXV. Item EX CONCILIO AURELIANENSI I. c. 28. [an. 511. ibid.]

Populus non ante discedat, quam Missa ex integro celebretur.

UM ad celebrandas Missas in Dei nomine convenitur; populus non ante discedat, quam Missæ solennitas compleatur, & ubi Episcopus non fuerit, benedictionem accipiat Sacerdotis.

LXVI. Item EX CONCILIO CARTHAGINENSI IV. c. 88. [an. 398. in Africa.] Excommunicetur, qui præmissis Ecclesiæ conventu ad spectacula vadit.

QUI die solenni, præmissis solenni Ecclesiæ conventu ad spectacula vadit; excommunicatur.

LXVII. Item EX CONCILIO CARTHAGINENSI IV. c. 84. [an. 398. ibid.] Usque ad Missam Catechumenorum nullus Ecclesiam ingredi prohibetur.

Episcopus nullum prohibet ingredi Ecclesiam, & audire verbum Dei, sive Gentilem, sive Hæreticum, sive Judæum, usque ad Missam Catechumenorum.

LXVIII. Item ANASTASIUS Episcopus Episcopis Germaniæ, & Burgundia, Epist. I. c. 1. [an. 385. Romae in Germaniam.]

Evangelia non sedendo, sed stando audire debemus. Apofolica auctoritate mandamus, dum sancta Evangelia in Ecclesia recitantur, ut Sacerdotes, & ceteri omnes presentes, non sedentes, sed venerabiliter curvi...

LXIX. Item GREGORIUS VII. in Synodo Rom. habita, c. 13. [an. Dom. 1078. Romae.] Ad Missarum solennia semper aliquid offerendum.

Omnis Christianus procuret ad Missarum solennia aliquid Deo offerre, & docere ad memoriam, quod Deus per Moysen dixit: Non apparebis in conspectu meo vacuus.

LXX. Item CYPRIANUS ferm. 6. de Oratione Dominica. [an. 252. in Africa.] Quare sursum corda in Præfatione dicitur.

Quando autem stamus ad orationem, Fratres dilectissimi; vigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus; cogitare omnis carnalis, & secularis abscidat: nec quidem quam tunc animus, quam id folium cogit, quod precatur.

LXXI. PELAGIUS II. Romana Ecclesiæ, & Apofolice Sedis Episcopus univerfis Germaniarum, atque Galliarum Episcopis. [fortè c. an. 585. Romae.]

Quæ Præfationes in Missa sunt cantanda. Invenimus has novem Præfationes in sacro catalogo tantummodo recipiendas, quas longa retro vetustas in Romana Ecclesia hæctenus servavit.

LXXII. Item EX CONCILIO CABILO-NENSI II. c. 39. [an. 813. in Gallia.] In omnibus Missarum solenniis pro Defunctis oratio fiat.

Usum præterea nobis est, ut in omnibus Missarum solenniis pro Defunctorum spiritibus loco competentis Dominus deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, quâ non viventibus, & pro quibuslibet necessitatibus Dominus deprecetur: ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces Domino in Missarum solenniis fundantur.

deprecetur: ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces Domino in Missarum solenniis fundantur. Antiquitas igitur hunc morem sancta tenet Ecclesia, ut & in Missarum solenniis, & in aliis precibus Domino Spiritus quietiscentium commendat: dicente beato Augustino: [non sunt præmittendæ supplicationes in lib. de pro spiribus Defunctorum; quas faciendas pro omnibus in Christiana & Catholica societate laudamus.

LXXIII. Item INNOCENTIUS Episcopus urbis Romæ Decentio Eugubino, Epist. I. c. 2. [an. 416. Romae in Umbriam.] Ante preces non sunt a sacerdote nomina recitanda.

DE nominibus recitandis, antequam preces Sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, oratione sua commendat, quam superfluum sit, & ipse pro tua prudentia recognoscis: ut cujus hostiam, necdum Deo offeras, ejus ante nomen infundes: quamvis illi incognitum sit nihil.

LXXIII. Item INNOCENTIUS Episcopus urbis Romæ Decentio Eugubino, Epist. I. c. 2. [an. 416. Romae in Umbriam.]

DE nominibus recitandis, antequam preces Sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, oratione sua commendat, quam superfluum sit, & ipse pro tua prudentia recognoscis: ut cujus hostiam, necdum Deo offeras, ejus ante nomen infundes: quamvis illi incognitum sit nihil.

PANIS ET VINUM AQUA PERMIXTUM INTER MISSARUM SOLENNIA OFFERANTUR.

DISTINCTIO II.

I. Item ALEXANDER urbis Romæ Episcopus Orthodoxis omnibus, Epist. I. c. 4. [fortè an. 115. Romae.]

Panis, & vinum, & aqua in Sacramentis sunt offerenda.

IN Sacramentorum oblationibus, quæ inter Missarum solennia Domino offeruntur, passio Domini miscenda est: a quo ejus, cujus corpus & sanguis conficitur, passio celebratur: ita ut repulsi opinionibus superstitionum, panis Ancel. I. 9. tantum, & vinum aqua permixtum in sacrificio offerantur. Non enim debet, ut a Patribus accepimus, & ipsa Burch. I. 5. ratio docet in calice Domini aut vinum solum, aut aqua c. 5. sola offerri, sed utrumque permixtum: quia utrumque ex latere ejus in passione sua profusus legitur.

II. Item CYPRIANUS lib. 2. Epist. 2. Cæcilio fratri salutem. [an. 254. in Africa.]

Vinum sine aqua, vel e converso in Sacramentis offerri non licet.

Sic in sanctificando calice Domini offerri aqua sola non potest, quomodo nec vinum solum potest. Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine Christo. Quando autem utrumque miscetur, & adnatione confusa sibi invicem copulatur; tunc Sacramentum spirituale, & celeste perficitur. Sic verò calix Domini non est aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumque sibi miscatur: quomodo nec corpus Domini potest esse farina sola, aut aqua sola, nisi utrumque adunatum fuerit, & copulatum, & panis unius compage solidatum.

III. Item in ead. Epist. [an. 254. ibid.]

Scriptura dicit: Quotiescumque enim edideris panem istum, & calicem istum bibieris; morem Domini annuntiabis, quoadusque veniat. Quotiescumque ergo calicem in commemorationem Domini, & passionis ejus offerimus; id, quod constat Dominum fecisse, faciamus. Sed vide frater charissime, si quis de Antecessoribus nostris vel ignoranter, vel simpliciter non hoc servavit, & tenuit: quod nos Dominus facere & exemplo, & magisterio suo docuit; preter simpliciter ejus de indigentia Domini venia concedi nobis verò non poterit ignosci, qui nunc a Domino admoniti & instructi sumus, ut calicem Domini cum vino mitum, secundum quod Dominus obtulit, offeramus.

LII